

*Hæc enim omnia gentes, &c.*

*Q. d. Vos autem estis Christiani, qui sensus ex æthiologiâ apparet. Scit enim Pater vester cælestis, &c.*

V S V S.

Christianos non decet Ethnicorum more dubitare, &c. sed in promissionibus patris omnipotentis acquiescere,

III. Insigni noemate: *Quærite primum regnum DEI, &c.*

V S V S.

Hoc facit: 1. ad adhortationem  
2. ad doctrinam: quod Deus non velit, ut electi sui laborent frustra.

*Esai: 65. Psal: 61. 1. Tim: 4.*

3. ad consolationem.

IIII. Summo studio Christus denuo thema repetit modo alijs verbis:

*Ne sitis ergo solliciti in crastinum, &c.*

V S V S.

1. Sciendum, non omnem curam de crastino esse interdictam, sed tantum, ut supra dictum, impiam & Ethnicam.

2. Facit etiam ad consolationem, quod Christus promittit se quotidie nos velle nutrire.

R DOMI.